

**Panicvs Tvmvlvs, Rebvs In Belgio Pacatis, Ac Mire  
tranquillis, quorundam improbitare iniectus**

**Bacherius, Petrus**

**Antverpiae, 1568**

Martini Dvncani Qvempenatis Ad D. Hippolyti Delphis pastoris Carmen  
Heroicum in Petri Bacherij, S. Theologia: licentiati, Panicum tumultum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69107](#)

# MARTINI DVNCANI<sup>17</sup>

QVEM PENATIS AD D. HIPPO-  
lyti Delphis pastoris Carmen Heroicum in  
Petri Bacherij, S. Theologiæ licentiati, Pani-  
cum tumultum.

**P**O DICE quos genuit s'purco Copronymus ille,  
Iconoclastarum vis respondentia scire  
Nomini & auspicio, perfæda, pudenda, nefanda  
Prælia, Diuorum augustis illata figuris,  
Pulchra quidem scitu, verùm turpissima gestu;  
Hoc eme, volue, reuolue poema nouum atq; venustum,  
Quod tibi Bacharus sudauit Apolline dextro :  
Haud letabere patratis, recreabere scriptis.  
Inde videbis, uti infausto nunc alite mundus  
Voluatur sursum, deorsum, quasi venerit orco  
Tisiphone mixtura polo mare, sacra prophanis;  
Sede sita ut pellat Christum, & rerum potiatur.  
Sed frustra. Nam stat firmo tibicine fulta  
Vera fides, stabitq; per ænum Ecclesia vera,  
Affiduo quamvis oppugnata ariete 'Ditis :  
Bos senior vitulo insistit plantis mage fidis.

Imperator Cō-  
stantinus Co-  
pronymus ima-  
g'ñū subuersor.

## THEOPHILI DURMONTANI, I. O. D. ELEGIA AD FAMAM IN VIVENTES GEVSOS.

**H**Vc adsis nymphas inter pulcherrima cunctas,  
Quæ stimulis hominum pectora lēta mones:  
Quæ facis ut semper factorum gloria duret,  
Nec leuis in cineres fama soluta fluat:  
Apta age nunc celeres humeris volitantibus alas  
Tende triumphato cornua lēta sono.

B

Vitam